

Friedrich Gerdes    Bernhard Diekmann

## **Dissertatio De lure Repraesentationis**


[Gryphiswaldiae]: Doischer, 1671

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn810605554>**

Druck    Freier  Zugang










*N. N. — 2(100.)*











DISSERTATIO  
DE  
JURE REPRÆ-  
SENTATIONIS

QUAM  
adjuvante Sacrosanctâ Triade,  
*Jussu & auctoritate,*  
Magnifici Jctorum Collegii,

quod est  
in illustri Academia Gryphica,

PRÆSIDE

Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo VIRO

DN. FRIDERICO GERDESIO,

Jurispr. D. Cod. & Pand. Prof. Ordin. Consistor.

Reg. Adsefs. gravissimo, Facultatis suæ Decano,

Præceptore ac Patrono suo ætatem colendo,

Pro summis in utroque Jure Honoribus  
& privilegiis Doctoralibus consequendis

*ad diem 4. Majj*

*Publica & solemnî disquisitioni subjicit*

BERNHARDUS Diekmann /

GYPHISWALDENSIS.

Imprimebat ibidem MATTHEUS DOISCHER Acad. Typogr. 1671.



D I S S E R T A T I O  
DE  
J U R E R E P R A E  
S E N T A T I O N I S

Q U A M  
adjuvante Societate Thib.  
Jure & Antiquitate  
Magnifici Istorum Collegii  
in illustri Academia Gypsiaca  
P R A E S I D E  
Nobilissimo, Amplissimo & Consulissimo Viro  
D. N. F R I D E R I C O G R A E D I O,  
Jurispr. D. Cod. & Pand. Prof. Ordin. Consultor.  
Reg. Aulic. gratissimo, Facultatis Jur. Decano,  
Inspectori ac Patrono huiusmodi Collegii,

Pro summis in utroque Jure Honoribus  
& privilegiis Doctoralibus consequendis

ad hunc & hunc  
tunc & hunc ad hunc hunc  
B E R N H A R D U S S I C H M A N N

G Y P S I A C A E A D E M I A

In praesentibus MATHIAS DOCTER M.D. 1770



## Juvante Triuno.



Uemadmodum successionem  
ex Testamento ad acquisitionem deri-  
vativam quæ sit factæ hominis: ita  
successionem ab intestato ad eam, quæ  
sit lege naturæ referendam, non minus  
verè quàm accuratè docet magnus ille  
Grotius in aureo quod de Jure B.  
& P. conscripsit opere. l. 2. c. 6.  
n. 14. & c. 7. n. 3. Successio enim

hæc posito dominio, remotâ omni lege civili, ex conjectura volun-  
tatis naturalem habet originem. Siquidem si sine testatione  
quisquam decedat, credibile non est, ejus eum mentis fuisse,  
ut post mortem suam bona occupanti cederent, sed potius seque-  
batur. ut ejus esse bona intelligerentur, cujus ea esse voluisse de-  
functum maximè probabile. Creditur autem in dubio id quis-  
que voluisse, quod æquisimum atque honestissimum. id. all. loc.  
Jam autem nihil æquius honestiusquè invenitur, quàm ut jus do-  
minii quod defunctus habuit, cujusquè exercitium morte personæ  
abruptum perpetuetur & in necessarios & attinentes non pro-  
miscuè & temerè, sed eo ordine, quem natura respectu dominio-  
rum distinctionis dicitur esse æquisimum maximèquè rationi con-  
gruentem, transferatur. Ordo autem non alius, quàm ut bo-  
na defuncti ad proximos pro gradu proximitatis deveniant.  
Boëcler. ad Hug. Grot. p. 246. Perpendens hoc accura-  
tioris judicii trutinâ Legislator civilis in his, quæ circa successio-  
nes ab intestato constituit, nec plenius nec melius suam commen-  
dat legislationem, quàm si dicat, se ea constituisse, quæ domino-  
rum quisque velle aut velle debuisse intelligeretur, sanguine  
item conjunctos quò gradu proximiores, eò magis plus dilectos  
ad successionem ab intestato vocare decrevit. Triplicem ergo


A

pro



pro triplici conjunctorum linea succedentium Imperator introduxit ordinem in Nov. 118. Descendentium scilicet, Ascendentium & Collateralium, in quibus horum primo & ultimo representationem admittit. Quam de Jure Repræsentationis materiam, cum ipsa ab æquitate naturali se non tantum commendet, sed & per totum Jurisprudentia campum diffundat, & in foro non mediocrem utilitatem speret, quantum per temporis angustiam & ingenii mediocritatem licuit, elaborare vicemque Disputationis inauguralis subire volui. Ad cujus telam pertexendam, dum me accingo, DEUM Opt. Max. omnis justitia Sacerdotem, qui principium, medium ac terminus est, NOV. 109. supplex veneror, ut animi conatum gratiosè secundare dignetur.

§. I.

 Um Jcti in investiganda nominum origine non paucis in locis solliciti fuerint, uti constat ex l. 1. ff. de furt. l. 2. §. 2. ff. de R. Cred. exemplo eorum, omni ambiguitate è medio sublata, primò nominis definitionem, quæ Etymologia, Homonymia & Synonymia absolvitur, paucis explicabo.

§. 2. Circa Etymologiam sufficit annotasse, quod Repræsentationis vocabulum, à re, id est, rursus & præsentare dicatur, idemque est, ac in mediū adducere, rursus præsentem exhibere eum, qui revera non est, vid. Mart. Lexic. Philolog. verbo: repræsentare. Calvin. Lexic. eod. verb.

§. 3. Quà Homonymiam interdum idem significat, ac ante diem solvere, sic Ulpianus in l. 8. §. 6. ff. de transact. loquens de iis, qui de pecunia alimentorum nomine relicta transigunt, inquit, eam transactionem Oratio improbat, quæ idcirco fit, ut repræsentatam pecuniam consumat. §. 14. l. de legat. Interdum idem signi-



significat ac locum alicujus & numerum obtinere vel tantumdem valere, Ulp. l. 1. §. 2. ff. si quis test. liber esse iuss. Sic culpa dolo proxima dolum repræsentat; sic hæreditas jacens repræsentat personam defuncti, pr. Inst. de stipul. servor. Aliquando repræsentare est exhibere vi quâdam juris presentiam ejus quod reverà presens non est. Sic filius fratris succedendo cum patruis repræsentat patrem suum, & hæc quoad institutum nostrum est propria vocabuli acceptio. Forst. de success. ab intest. l. 4. c. 19. nux. 2.

§. 4. Dicitur aliàs successio repræsentalis, Vultej. l. 1. c. 74. successio vicaria. Hug. Grot. l. 2. c. 7. §. 6. Joh. Seld. de success. ad L. L. Ebraor. l. 1. c. 1. Vocatur etiam aliàs successio privilegiata & in stirpes, repræsentatio enim est. fons & radix successionis in stirpes Rittersb. ad nov. p. 7. c. 1. n. 7. In stirpes autem succedere dicuntur, (Germanicè, in die Stämme/ der Stämme Theil nehmen/ oder in die Stämme gehen) quando non secundum numerum personarum, sed secundum stirpes hæreditatis fit divisio, ut quotquot sunt nepotes ex filio tantum accipiant, quantum parens eorum accepturus fuisset. In capita (Germanicè in die Häupter theilen/ nach Haupt Zahl/ so viel Mund/ so viel Pfund) quando tot fiunt partes hæreditatis, quot sunt personæ & capita succedentium, Rittersb. ad nov. all. l. n. 8. Ludw. ad Inst. ad §. 6. de hered. quæ ab intest.

§. 5. Remipsam quod attinet, definitur Repræsentatio, quod sit jus, quo intrant filii filiæq; in locum patris & matris prædefunctorum personamq; eorum ita repræsentant juris fictione, ut tantū ex hæreditate capiant, quantum parens, si vixisset, accepturus fuisset, Rittersb. alk. loc. n. 7. nec non consummatis-



simus Jctus, p. m. *Med. ad Jus Lubecens. p. 2. t. 2. a. 1. num. 11.*

§. 6. Constat hæc definitio *Genere*, quod constituit *jus*, & idem est, quod facultas jure confirmata, (uti aliàs passim in jure hoc sensu effertur, exemplo usufructus, actionis & similibus *l. 1. ff. de eo, quod cert. loc. pr. l. de usufr. ibiq. Dd.*) seu remedium succedendi & intrandi in locum parentum defunctorum. Est enim successionis species. *Forst. l. 4. c. 19. n. 3. & differentia specifica*, desumpta partim à *Causa efficiente*, partim à *Materia* tam *in qua*, tam *circa quam*, partim *Forma*, partim *Fine*, de quibus ordine.

§. 7. Antequam ad causam efficientem progredior, primò originē hujus juris inquiram, quæ ratione subjecti variat. Ratione *descendentium* originem hujus juris alii *ex Gen. 11. & seqq. Forst. de succ. l. 4. c. 19. n. 4. alii ex c. 48.* derivant, ut *Grot. l. 2. c. 7. n. 6.* cui ad stipulari tutius videtur. *Nec obstat Num. 27. v. 8.* Nam à liberorum ratione non diversa ea, quæ nepotum & nepotum est, qui liberorum defunctorum sive parentum suorum locum occupant, adeoq; jure successionis vicariæ, seu Repræsentationis succedunt. *Job. Seld. de success. ad LL. Ebraor. l. 1. c. 1.* antiquissimam tamen & omnium ferè gentium jure introductam fuisse docent *Tiraq. de jure primog. q. 40. n. 20. Strauch. Antecessor quondam Witteberg. de success. descend. th. 20.* Veteres quidem Germanorum mores subitionem sive repræsentationem istam inter liberos diu ignorarunt, introduxit tandem id jus in Franciam Childebertus edicto, in Transrhenanas partes Otto Henrici filius, teste *Witthekindo l. 11.* *Scoticum* quoque jus vetus solam spectabat gradus proximitatem. *Grot. in annot. ad c. 7. §. 11. confer. Magnif.*



Magnif. Dn. Strauch. Antecessor Jenensis, Praeceptor quondam  
meus honoratissimus, in exerc. exot. d. 2. th. 4. In conflictu  
& disputationibus litigantium modò vituperari re-  
praesentationem, ut figmentum juris civilis, modò  
laudari, ut non jure civili mero, sed aequitate natura-  
li nixam, videmus. Sententiam tamen hanc, quod  
natura repraesentationi faveat praehabendam esse af-  
firmat Grot. all. l. & Bœccler. in com. p. m. 341. Convenit  
enim hæc aequitati naturali l. 1. §. 4. ff. de suis & leg. hæ-  
red. §. 6. Inst. de hered. quæ ab intest. Naturalis quoque ra-  
tio quasi lex quædam tacita liberis ( quorum nomine  
etiam nepotes & cæteri descendentes veniunt l. 220.  
de V. S. Tholof. Synt. jur. l. 45. c. 8. Mey. l. 2. t. 2. a. 1. num. 31.)  
parentum hæreditatem veluti ad debitam successio-  
nem eos vocando addicit, l. 7. de bon. damnat. Accedit  
quod filius statim, quando in paterna familia nasci-  
tur, una reputetur cum patre esse persona, l. fin. C. de  
impub. substit. Hinc & patre vivente dominus rerum,  
paternarum per anticipationem quandam ac fictio-  
nem juris translative habetur, l. 11. de lib. & posth. hæ-  
red. instit. cum ergo filius jam vivo patre jus quæsitum  
habeat, proin cum moritur ante patrem filius, hoc jus  
in liberos suos transmittit. tot. t. C. de his, qui ant. apert.  
test. tab. Cum autem nemo plus juris transmittere  
possit, quàm ipse habet, sequitur liberos in locum pa-  
tris succedentes in stirpem partemq; patris, non ve-  
rò pro numero suorum capitum succedere. Wesenb. in  
π. und. cogn. n. ult. Forster. l. 4. c. 14. n. 5. & seqq. Hæc er-  
go in stirpes successio cum fundamento naturali in-  
nitatur, jure civili quoque approbata & modus ei  
praescriptus. Quoad suos ab Imper. Justiniano in §. 15.  
de hered. quæ ab intest. LL. XII. tab. conf. l. 9. pr. l. 3. C. de suis  
& le-



*& legit. her.* adscribitur, quod dein Valentin. & Theodof. ad nepotes ex foeminis prognatos extenderunt. *l. 9. C. de suis & legit. lib. vid. Vinn. ad §. 15. all. tit. & tandem ab Imperatore Justiano indistinctè confirmatum Nov. 118. c. 1.*

§. 8. In linea collateralis jus repræsentationis jure quodam singulari & speciali privilegio est introductum. Non enim agnatis & cognatis ratio naturalis quasi tacta quædam lex defunctorum hæreditates addicit. *Pruckm. conf. 2. vol. 1. n. 251. & seq. Vultej. volum. 4. conf. Marpurg. 44. n. 4.* Fratribus namque & aliis cognatis ne quidem jure naturæ quem obligari relinquere bona sua ex *Rodrig. deduxit Struv. Ex. X. tb. 9.* de jure civili circa solos fratres hæc addita limitatio, quod turpibus personis institutis ipsis necessario aliquid relinquendum sit. *l. 27. C. de inoff. test.* Proinde quoque non tam tempore LL. XII. tab. §. 1. & 5. *Inst. de legit. agn. success.* sed etiam mediâ Jurisprudentiâ (quæ à LL. XII. tab. ad tempora Imperat. se extendit *Ludw. ad §. 3. n. 2. all. tit.*) hujus beneficii non participes fuere collaterales, sed demum Justian. Imp. novâ constitutione *nov. 118.* favore æquitatis ductus in collateralẽ lineam transtulit. Repræsentationis n. beneficio paternum gradum uti ab Imp. in *nov. 127.* dicitur, lege quasi manucente ingrediuntur fratrum filii, ne in remotiori & nativo loco relictî à patris vel avunculis gradus prærogativâ vincantur excludanturq;. *Eiben. de success. ab intest. obs. 6.* Et licet quidem *Hotom. quæst. illust. 14.* absurdum vocet, quod is, qui è defuncti stirpe & progenie editus non est, in stirpes & jure repræsentationis succedat; attamen absurdum hoc non est, nam non præcisè efflagitat repræsentantia-



sentatio, ut sangvinem ab eo traham, cui succedere  
velim, id enim saltem postulat, ut ab eo sangvinem  
duxerim, in cujus locum per repræsentationem tran-  
seo, quod & in fratrum filiis obtinet. *Stryck de success. ab  
intest. c. 4. a. 11. §. 4.*

§. 9. *Causa efficiens est fictio juris translativa*, quæ  
rem unam in aliam transfert, seu cum nihil novi fingi-  
tur, sed quod est in una re transfertur ad aliam. Hæc  
autem translatio sepositis aliis speciebus fit interdum  
*de persona in personam*, cum aliquid certæ personæ tri-  
buitur, quod alii competit, ut hinc in jure repræsentationis,  
*Hahn. ad t. de probat. n. 15.* non enim fingit lex  
novam successione, sed jus in parentum persona  
radicatum in sublequentem gradum remotiorem  
transfert. vid. *Faber in Cod. l. 6. t. 33. num. 4. Herold. de  
success. legit. c. 3. §. 3. q. 4.*

§. 10. *Materia in qua non sunt ascendentes.* Non  
enim uti liberos omnes parentum in locum vocant  
substituuntq; ipsius parentum & naturæ vota *l. 15. ff. de  
inoff. test.* ita & in liberorum parentes, illam inde suc-  
cessionem prono favore excipit Jurisprudencia no-  
stra, fingendo etiam, ut in hoc ipso jure repræsentationis,  
juvat & extendit, secus ac istam. Jus quippe  
repræsentationis id exigit, ut persona in alterius lo-  
cum transeat, à qua sangvinem trahit, per derivatio-  
nem enim sangvinis jus simul in posteros derivatur,  
ut sic pater, qui filium reliquit, decessisse non videat-  
ur. Jam verò pater à filio sangvinem non trahit,  
contra naturam ergo foret, si pater in filii locum per  
repræsentationem transire vellet, *Wesenb. ad t. de grad.  
n. 8. Carpz. p. 3. const. 17. defn. 8. Struv. Ex. XXXIX. 26.*  
sed semper proximior remotiorem excludit. Notan-  
dum



dum tamen, quando paterni & materni ascendentes ejusdem gradus concurrunt, quod *tunc in genera & lineas* vocentur, alterum semissem illis alterum istis accipientibus, quancunq; fuerint, *nov. 118. c. 2.* Et hæc successio, licet similis videatur ei, quæ fit in stirpes, tamen non talis est, ubi enim jus repræsentationis cessat, ibi quoque stirpium non habenda ratio, *Rittersb. p. 7. c. 10. n. 13. Perez. ad Cod. de SC. Tertull. n. 6.* Sunt autem *Descendentes & Collaterales.*

§. II. Quoad *descendentes* succedunt jure repræsentationis liberi ulterioris quàm primi gradus nepotes, pronepotes, & c. nullà sexus (quoad allodialia) nec fuitatis ratione habitâ, quando vel cum filiis filiabus concurrunt, vel etiam in dispari numero soli existunt, & quidē in infinitum; probatur assertio nostra tam ex *§. 6. Inst. de hered. qua ab intest.* quàm ex *nov. 118. c. 1. ex Rec. Imperii de A. 1500. in der Cammer Gerichts-Ordnung t. 18. & de anno 1521. §. 17.* Concordat Jus Saxonicum *in art. §. 1. i. vid. Carpz. p. 2. const. 14. d. 55. Richt. de succ. ab intest. f. 1. m. 1. n. 103. & seq.* Senferunt quidam, jure Lubecensi nepotes cum liberis primi gradus non succedere, attamen & hoc jure verius, quod cum liberis primi gradus nepotes vocentur, *vid. Mey. p. 2. t. 2. a. 1. n. 29. & seq.* Hoc tamen jure id singulare est, quod distingvatur inter liberos separatos & non separatos. Illi enim à successione (modò ex secundo matrimonio liberi adsint, vel parens liberos confortes seu non separatos habuerit) excluduntur & portione sibi semel assignatâ contenti esse debent. *l. 2. t. 2. a. 28. ibiq; Mey. hi autem jus succedendi salvum habent a. 2. & 3.*

§. 12. Dixi, quod & tunc obtineat, quando nepotes in dispari numero soli existunt, e. g. si inter se  
quoad



quoad successionem nec concurrant, non enim tunc numerus nepotum, sed stirpium in hereditatis divisione attendendus est. *l. 2. C. de suis & legit. hered. Carpz. p. 3. const. 12. defn. 11. n. 5. Vinn. ad §. 6. Inst. de success. ab intest.* Quamvis enim hi ipsi æquali gradu ab avo distent, & inde etiam æquali jure & in capita succedere debeant, attamen quia nepotes non tam ex jure proprio, quam jure à parentibus suis ad se transmissio (quæ quoque transmissio in emancipatis si non juris, attamen sanguinis, quæ in successione juris novissimi attenditur, obtinet) succedunt, hinc nihil amplius capere poterunt, quam parens eorum, ex cujus jure succedunt percepisset. *d. l. 2. Steph. ad nov. 118. n. 63. Ludw. ad §. 6. Inst. de hered. quæ ab intest. n. 3.* Cæterum contra communem sententiam nepotes jure proprio non transmissio succedere latè disputat *Forst. de success. l. 4. c. 20. num. 8.*

§. 13. Non solum autem ad nepotes & pronepotes extenditur, sed in linea hac descendenti in infinitum vim suam exserere, (ita ut si abnepos superesset, is abavo suo cum filio superstite simul succederet.) nullus dubito, fretus tum *§. fin. l. de hered. quæ ab intest. & nov. 118. c. 1.* ubi dicitur, quod non tantum prædefunctorum liberi, sed & alii descendentes per jus representationis cum defuncti filiis concurrant, jam verò appellationem descendentium ad solos nepotes vel pronepotes velle restringere absurdum foret. *l. 220. de V. S.* tum quod eadem æquitas, cui representatio inniti dicitur in *§. 6. Inst. de hered. quæ ab intest.* locum etiam in omnibus descendentibus, pronepotibus &c. habeat. Adhæc cum filii, nepotes cæteriç; descendentes jus suum ad liberos suos transmittunt, quo-

B cunque



cunque gradu sint, ex hoc jure transmissio semper liberi parentum locum occupabunt, hanc sententiam ut juri consonam, sic quoq; post alios defendit *Hahn. ad tit. de grad. n. 14. Struv. Ex. XXXIX. tb. 17. Ludw. ad §. all. 6. n. 1.* dissentientium fundamenta collegit *Forst. de suc. ab intest. l. 4. c. 21.* priori tamen calculum adjecit.

§. 14. Cum autem liberi & sic etiam nepotes alii sint naturales & legitimi simul, alii naturales tantum, alii spurii & incestuosi, paucis dispiciendum erit, quibus hoc privilegium attribui possit.

§. 15. De prima liberorum specie sciendum, quod partui perfecto, maturo, justo tempore edito, vivo prodienti ad nullum monstrum declinanti hoc beneficium competat *arg. l. 12. §. 1. ff. de lib. & posth. hered. Instit. l. 3. C. eod. Hahn. ad t. de stat. homin.*

§. 16. Circa liberos ex legitimo matrimonio oriundos observandum, quod quoad æqualitatem hujus nil interfit, an jam nati sint, an verò adhuc in utero existent, & post mortem patris nascantur, nam perinde hi admittuntur ac si ante mortem patris editi fuissent §. 2. & 8. *Instit. de hered. quæ ab intest. l. 6. & l. fin. ff. de suis & legit. hered.* Requiritur tamen (1.) ut vivus natus fuerit, *l. 9. §. 1. ad leg. Falc. vid. Hahn. de stat. homin. Carpz. p. 3. const. 17. d. 17. & seqq.* (2.) ut justo tempore sit natus. An sexto mense natus pro legitimo sit habendus, dubitatur? *Carpz. id præjudicio confirmat all. d. 18.* Qui sub initio undecimi mensis post mortem mariti editus inter legitimos connumerandus est, *vid. Hahn. ad t. de statu homin. n. 3. Carpz. p. 4. const. 17. d. 15.* In partu feriori judicando viduæ qualitas non negligenda, an sc. bonæ famæ & honestè vixerit, ita enim aliquando duodecimestris partus legitimus



gitimus iudicatus fuit. teste *Beuß. de matr. p. 1. c. 36.* & in terminis idem decisum fuisse ex *Johann. à Sande refert. Brunnem. ad l. 12. de statu hom. confer Arum. decis. l. 2. d. 14. num. ult.*

§. 17. Nepos post mortem avi conceptus ad hæreditatem ejus non admittebatur. §. 8. *Inst. de her. qua ab int. l. 6. §. 8. ff. de suis & leg. hered.* eum tamen ex persona patris sui jure repræsentationis ad avi sui hæreditatem admittendum esse statuit *Forst. l. 4. c. 73.* Verùm cum sententia hæc generalitati textuum haud convenire videatur, maximè cum is, qui nondum conceptus est, personam patris sui ad avi hæreditatem consequendam repræsentare non possit, dicendum, eum jure novissimo, quo non tam fuitatis aut cognationis, quàm sanguinis ratio habetur, ex sua persona succedere, *Ludwel. ad §. 8. Inst. all. tit. Zoes. ad tit. ff. de suis & leg. her. n. 9. ut ut Ziegl. ad Hug. Grot. l. 2. c. 7. §. 22.* jure transmissionis, per quod scilicet futura successio quasi delata filio, transmittitur ad nepotem, id fieri autemet.

§. 18. Admittuntur quoque ad repræsentationem nepotes ex putativo matrimonio orti, hoc est, quod bonâ fide est contractum à personis, quas detecto errore apparet, non legitimo matrimonio se junxisse. *c. 14. X. qui sunt legit. ibiq. Ungepaar. Struv. Ex. 38. tb. 23.*

§. 19. Sed quæstionis est, si hodie contractis sponsalibus (etiam clandestinis) sponsus ante interventum *ιεροδοξίας* cum sponsa concubabat, & non secutis nuptiis decedat, num inde natus ad avi hæreditatem jure repræsentationis admittendus sit? Affirmativâ tuemur. Quamvis enim benedictio sacerdotalis



talis adhuc deficiat, certum tamen, jure civili ad nuptiarum subsistentiam consensum solum sufficere, *l. 30. ff. de R. J.* Si ergo jure civili validum matrimonium, nec liberis inde natis successio deneganda; etiamsi benedictio ob mortem sponsi non fuerit secuta. Nec officit vitium clandestinitatis, nisi alia subfuit ratio matrimonium impediens, *Hahn. ad t. de his, qui sui vel al. jur. Carpz. p. 3. const. 14. d. 12. Mey. ad Jus Lub. p. 2. l. 2. a. 9. n. 56.* Cum verò omittentes benedictionem sacerdotalem peccent contra publicam honestatem & ordinationes Ecclesiasticas, dignâ poenâ à magistratu afficiendi sunt. *Struv. Ex. XXIX. 26. Richt. f. 1. m. 3. n. 10.* Idem obtinet in liberis ante nuptias conceptis, sed partus tempore in matrimonio editis *per l. 11. C. de natural. liber. Hahn. all. loc.* Unde notandum, quod tempus vel partus, vel conceptionis, prout utilius infanti fuerit, attendatur *Brunn. ad all. l.*

§. 20. Legitimati per subsequens matrimonium vocari solent aliàs Mantel-Kinder/ ratio appellationis est, quod hi liberi sub benedictione sacerdotali palium matris apprehendere vel sub illo occultare soleant *Richt. f. 1. m. 2. n. 4.* Hi autem cum parentibus justis ab intestato eodem modo succedant, quo liberi, qui ab initio ex justis nuptiis nati sunt *per Nov. 89. c. 3. N. 74. c. 3. Carpz. p. 2. const. 6. decis. 15. Mey. p. 2. l. 2. a. 9. n. 62.* nepotes ergo jure repræsentationis defraudandi non sunt. Et hoc ex sententia *Richterii all. l. n. 8.* procedit, etiamsi matrimonii consummatio decreta, vel à magistratu imposita, per obitum conjugis impedita fuerit. Nihil etiam refert, quo tempore matrimonium contractum sit, aded ut si in articulo mortis facta, (modò articulus mortis sub latitudine quadam capiatur,



tur, sc. ut adhuc benè intelligat quid agat, *Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 16. tb. 2. l. A.*) nihilominus legitimatio subsistat. Potest enim adesse vel spes recuperandæ salutis, imò licet hæc defecerit, retro tamen effectum exferit matrimonium, in favorem liberorum *Forst. l. 6. c. 22. Gail. 2. obs. 141. num. 8.* dummodo fraudis suspicio absit.

§. 21. Cum autem soli naturales §. *fin. I. de nupt. l. 10. C. de natural. liber.* sic legitimari poterant, non autem spurii, in honorem & favorem matrimonii ab hoc rigore seculum nostrum recessit, & recepit, ut nati ex quacunque muliere, cum quâ conceptionis tempore matrimonium esse potuit, etiamsi stupro polluta, non attentâ qualitate conditionis, per subsequens matrimonium legitimentur. *Med. ad J. Lub. p. 2. l. 2. a. 9. num. 72.*

§. 22. Circa nepotes per rescriptum Principis legitimatos distingv: ut si cum legitimis ante legitimationem natis concurrant, (quod interdum ex gratia fit) hoc beneficio non utantur *Nov. 89. c. 11. §. 1.* nisi fortè legitimi consenserunt *Richt. d. s. 1. m. 2. n. 5.* Vel Princeps aut is, cui specialiter hoc privilegium concessum ad petitionem patris, adjectâ clausulâ non obstante &c. eos ad successionem legitimaverit. *Med. ad J. Lub. p. 2. l. 2. a. 9. n. 69. Rittersb. ad Nov. p. 7. c. 6. n. 7.* Si a cum legitimis post legitimationem natis concurrunt, æquè ac illi succedunt, legitimatio enim semel legitime facta revocanda non est. *Ludw. ad I. l. 3. t. 13. tb. 2. n. 5.*

§. 23. De adoptivis non est quod nimium simus solliciti, cum adoptio aut arrogatio formalis hodie non admodum sit in usu. *Vinn. ad pr. Inst. de adopt. n. 2. Habn. ad t. de adopt. n. 8. Brunnem. ad l. fin. C. eod.*



§. 24. De naturalibus tantum & spuriiis sciendum, nepotes & pronepotes licet ex filio naturali iusti sint & legitimi, quod tamen avo naturali, & reliquis per lineam paternam ascendentibus, jure repræsentationis cum legitimis nepotibus succedere nequeant *arg. l. fin. C. de natural. liber. Rittersb. p. 7. c. 5. n. 13.* Ratio est, quod nepotes plus juris habere non possint, quàm parens habuit, jam autem pater eorum, si avus habet legitimos filios in nihilum ei successisset *auth. licet. Cod. de natural. liber. idem ergo jus etiam in eos modo transmisit, accedit quod ipsa lex planè nepotes excludat.* Avix tamen aliisq; maternæ lineæ descendentibus æquè ut legitimi succedant *l. pen. C. ad Sct. Orpb. §. novissimè. I. eod. tit.* Rationes varias cur matri etiam illustri naturales succedant, vid. ap. *Manz. de succ. descend. t. 1. §. 2. n. 44. & seq.* Spurii verò minus *l. 5. C. ad Sct. Orpb. traditur.* Jure Lubecensi naturales & spurii neque ad successionem maternam admittuntur. *Mev. ad Jus Lub. p. 2. l. 2. a. 9. n. 59.* Ex damnato complexu nati cum à paterna & materna hæreditate arceantur *nov. 89. c. fin. nov. 74. c. ult.* (adeò ut neque jure civili iis alimenta debeantur, *Auth. ex complexu C. de incest. & inutil. nupt.* cujus tamen rigorem jus Canonicum mitigasse vulgo creditur *per c. 5. X. de eo qui dux. in matrim. Carpz. p. 3. const. 14. defm. 11. an verò ex hoc capitulo id probari possit, inspectio ejus docebit. vid. Ludw. l. 3. t. 13. tb. 6. n. ult.*) supervacaneum est quære, utrumne his repræsentatio competat.

§. 25. Cum Hæreticorum liberi, qui orthodoxorum venerabili nomine sunt decorati, ad parentum hæreditatem admittantur, cœteri autem, qui non DEI amorem, sed paternam & maternam impiam affectio-



fectionem secuti ab omni beneficio repellantur *per l. 19. C. de heret.* Sequitur nepotes quoque eorum jure repræsentationis, non nisi dicto modo admittendos esse. Qui autem pro talibus habendi vel non, tradit *Carpz. p. 3. const. 14. d. 10.*

§ 26. Quantum ad peregrinos attinet, cum ipsorum bona non caupo, nec fiscus arripere possint, sed hæredibus restituenda sint *per auth. omnes peregrini. C. comm. success.* Sequitur etiam nepotum rationem hęc habendam esse. Sed cum ubi vis non observetur hæc constitutio Friderici, sed peregrinantium bona interdum fiscus sibi vindicet, uti in Gallia, hoc jus in peregrinos extra regnum natos durat, quod altàs *le droit d'Aubeine.* Albinatus, advenati, albinagii vocatur, cujus vigore Rex bona ibidem sibi vendicat, nisi rescripto Regio civitate Gallicana donati, seu, ut loquuntur, naturalisati fuerunt, aut nisi ex iis populis, qui privilegia civitatis Gallicanæ habent *Viglius ad §. ult. de hered. instit. Renat. Chopin. l. 1. de doman. l. 12. Burgund. in consuetud. Flandricis tract. 14. Magnif. Strauch. in prælectionibus publicis ad l. 4. C. de fur. fisc. n. 11.* Proin si ex ea regione, ubi defunctus domicilium habuit, bona non deferantur ad nostrates, nec ad eos deferuntur, sed fisco relinquuntur *Brunnem. ad dict. autent. Utrumne Pfalburgerorum, Wildfangiatorum liberi, jure repræsentationis in dominorum territoriis unde discesserunt, ad successionem avi admittendi sint, jam non disquiro.*

§ 27. Sublata quoad allodialia ex Jure Justiniano sexus differentia, uti in §. 17. dictum, consequens est, si ejusdem matrimonii sint liberi, ex hæreditate parentum æquas portiones capere. Sed quid si nepotes



potes diversarum nuptiarum concurrant? distinctio tunc adhibenda erit, ut communi parenti cum patruis suis concurrentes æqualiter, diversis verò parentibus separatim cum distinctione bonorum paternorum & maternorum in stirpes succedant *Forst. l. 4. c. 16. Rittersb. p. 7. c. 4. n. 9. Matth. Steph. ad nov. 118. n. 11.* quod & præjudiciis firmat *Richter. f. 1. m. 1. n. 19.* Si tamen unio prolium, id est, conjunctio liberorum ex diversis matrimoniis facta fuerit (quod ex consuetudine, legitimis tamen concurrentibus requisitis fieri potest ut latè tradit *Gail. l. 2. obs. 125. Mey. ad Jus Lub. p. 2. t. 1. ad rubr. in addit. ad n. 113.*) utriusque matrimonii liberi æqualiter succedunt, conf. *Rich. de union. prolium. Otto Philipp. Zepper. de eadem materia.*

§. 28. Hæc de successione descendantium dixisse sufficiant, jam ad Collaterales pedem promovebimus. Hic autem præmittendum, quod cum fratrib; fratrumq; liberis interdum ascendentes concurrant, interdum verò illi soli sint.

§. 29. Priori modo quando germanorum prædefunctorum liberi unà cum fratre defuncti germano, ejusq; ascendentibus proximis concurrant, de jure Cæsareo sublata omni sexus & suitatis differentia, illi beneficio repræsentationis ad defuncti hæreditatem vocantur, *per nov. 118. c. 2.* fratrum liberi non admittebantur, sed demum *per nov. 127.* ad successiorem simul cum ascendentibus vocati sunt. *Sutbolt. disß. XI. th. 65. Richter. f. 2. m. 1. n. 17.* Succedunt verò hoc casu fratrum filii in stirpes, & tantum capiunt, quantum parens eorum accepturus fuisset. *d. nov.* Nepotes verò ex fratribus planè excluduntur. Repræsentationis enim jus, quod speciatim Justinianus indulserat, fratrum



fratrum liberis, ad nepotes non extenditur, nec in materia exorbitanti filiorum appellatione nepotes veniunt. *Forst. l. 7. c. 6. n. 3. & 4. Richter. f. 2. m. 1. n. 19.*

§. 30. Sed an idem dicendum, si nulli superstites sint fratres, sed cum ascendentibus soli concurrant, fratrum liberi, dubiæ quæstionis est. Qui verba novellæ 127. c. 1. accuratè considerant & perpendunt, negativam defendunt, *Suth. XI. th. 66. Frantzck Ex. 8. th. 8. ibiq; Fibig.* Sed receptior est contraria opinio, imò & verior, Imperator enim in *Nov. 127.* fundamentum decisionis non in concursu fratrum collocat, sed potius in jure repræsentationis fratrum filii ibi speciatim indulto, ut locum parentis occuparent. Quod itaque Imp. in *d. Nov.* fratrum defuncti mentionem faciat, hoc exempli loco fit ideoq; casum si soli existant, exclusisse non videtur *Strick. c. 3. a. 1. §. 28.* Et hanc sententiam uti veriore[m] ita probant *Carpz. p. 3. const. 17. d. 4. Mer. ad Jus Lub. l. 2. tit. 2. a. 1. n. 47. Rittersh. p. 7. c. 10. n. 9. Richt. f. 2. m. 1. n. 17.*

§. 31. Fratrum verò unilateralium liberi hoc beneficio non gaudent. Ratio autem cur tantum germanorum liberis id tribuatur est duplicitas vinculi; Deinde si parentes non amplius viverent, sed fratres, fratrumve liberi soli nihilominus à Germanis exclusi fuissent, ergo multò magis debent ascendentes, qui potiores sunt, eos excludere, *Wesenb. in parat. de grad. n. 15. ex l. 7. C. ad Sc̄tum Tertull.* quæ obstare videbantur per *Nov.* jam correcta. *Brunn. ibid. Carpz. p. 3. const. 17. d. §.* Jure Lubecensi fratres unilaterales avum aviamque planè excludunt. *l. 2. t. 2. a. 17. ibiq; Mer. n. 8.*

§. 32. Jure Saxonico speciatim receptum, quod defuncti fratres germani non concurrant cum ascendenti-

C

dent-



dentibus, sed collaterales omnes tam à patre quàm à matre excluduntur. *L. X. a. 17. l. 1. Carpz. p. 3. c. 17. d. 6. Richter. f. 2. m. 1. n. 23.* Jure Lubecensi filius defunctus aut fuit separatus aut non; si illud, succedunt primo fratres & sorores itidem separati, vel his non existentibus fratres non separati eorumq; liberi; sed si nec hi adsint, tunc demum admittuntur parentes: Si verò filius non separatus decedat, bona non ad fratres, sed ad solos parentes devolvuntur. *l. 2. t. 2. a. 6. & 7. ibiq; Mey.*

§. 33. Posteriori modo, quando cum fratribus germanis, deficientibus ascendentibus soli fratrum germanorum filii concurrunt, hi cum illis jure repræsentationis admittuntur & in stirpes succedunt. *Nov. 118. c. 3.* Confirmarunt hoc jus Imperii Status *per Recept. de ann. 1521. §. 18. Nachdem auch. & Carolus V. singulari edicto Norimbergæ edito.* Jure quoque Lubecensi fratrum liberi cum patruis simul succedere, probat *Mey. ad t. 2. d. a. 7. n. 21. & seqq.* Idem de jure Wurtembergico obtinere asserit *Lauterb. de jure fratrum. §. 42.*

§. 34. Jure Saxonico in linea collateralis quoad bona allodialia jus repræsentationis locū non habet, fratresq; germani aliorum prædefunctorum germanorum filios excludunt. *Sachf. Land X. l. 1. a. 17. 2. a. 20. Carpz. 3. c. 18. d. 1. Richt. f. 3. m. 1. n. 11. & seqq.* Et quamvis Carolus V. Imperator in Com. de anno 1521. contrarias consuetudines disertè abrogaverit, Elector tamen & Duces Saxonie secundum *Schneidw.* protestatione salvum jus suum retinuerunt. *Carpz. all. l. d. 2. Hahn. ad Wesenb. tit. de grad.*

§. 35. Soli fratrum germanorum prædefunctorum  
rum



rum filii si adsint, jure civili consanguineis & uterinis defuncti fratribus ac omnibus ejusdem collateralibus præferuntur. *Nov. 118. c. 3. Aut. cessante. C. de legit. liber. Rittersb. l. 7. c. 13. Forst. l. 8. c. 6. n. 2.* Jure Lubec. quoque unilaterales à germanis eorumq; liberis excluduntur. *l. 2. t. 2. a. 22.* quod tamen cum distinctione, ibidem tradita intelligendum, vid. *ibid. Mey. ad art. 11. n. 63. & seqq.* Jus Saxonicum fratres unilaterales & fratrum germanorum liberos in capita una ad successionem admittit *Carpz. p. 3. const. 18. def. 10. 11. 12.*

§. 36. An autem fratrum ac sororum liberi si soli sint in capita an in stirpes succedant, antiqua tam in foro quàm in scholis sæpius agitata est quæstio. Priori calculum adjicimus. Jus enim repræsentationis hisce filiis propter concurrentem patrum utrinque conjunctum in priori casu concessum hic non est necessarium, ratio quippe ne fratrum filii à patris concurrentibus unius gradus prærogativa potioribus excluderentur, hic cessat, quando fratres planè non adsunt, ab exclusione eorum metus non est, nec hæc nova, sed veterum Jctorum unanimis sententia fuit, fundata in *l. 2. §. 2. ff. de suis & legit. hered. l. fin. §. 3. C. de legit. hered. Rittersb. p. 7. c. 14. n. 1. 2. Hahn. ad t. de grad.* Atque hanc sententiam approbavit Carol: V. in Comitibus Spirensibus anno 1529. nec discrepat hac in parte Jus Saxon. *Carpz. p. 3. const. 18. d. 3.* Praxis quoque Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ constantius tuetur. *Carpz. all. l. apud Hollandos hoc non observari testatur Vinn. l. 3. t. 5. de succ. collat. n. 3.*

§. 37. Sed quæ ratio diversitatis inter nepotes in linea descendentis & fratrum filios? Ratio diversitatis in eo latitat, quod in linea descendentis semper



fangvinis & per consequentiam successionis transmissio obtineat. Id enim ratio naturalis dicitur, ut quisque eo modo succedat alteri, quo sanguinem ab eo trahit. Atqui nepotes per filium ab avo sanguinem trahunt, ideoque justum est, ut ex filii persona & in stirpes succedant. Sed in collateralium successione hoc non obtinet, quippe fratrum filii à patruo defuncti non trahunt sanguinem, unde nec jure sanguinis, sed proximitatis vocantur. Insuper etiam frater vivente fratre, quoad bona ejus nullum habet jus, neque quod in spe certa consistat, habet, ut hinc dum præmoritur, nil quicquam ad filios suos transmittat. *Steph. ad Nov. 118. n. 63. Strick. c. 4. n. 1. §. 7.*

§. 38. Deficientibus fratribus germanis illorumque filii fratres ex uno latere conjuncti consanguinei & uterini cumque his fratrum unilaterali filii jure repræsentationis admittuntur. *Nov. 118. c. 3.* In linea enim collateralium duplicitas vinculi & privilegium repræsentationis ultra fratrum liberos de jure civili non extenditur, *Rittersb. all. Nov. p. 7. c. 13. n. 5.* cumque in hac materia Jus Lubecense juri communi non derogavit *Mev. all. l. n. 22.* proinde quod nec hoc jure ultra fratrum liberos extendatur, verius est. *Maurit. vol. 1. cons. Kilon. 3. n. 45.* quare autem jus repræsentationis in linea descendenti in infinitum, in linea collateralium non æquè extendatur, ratio traditur à *Schneidwin. in ord. descend. n. 22.* quem vide. Jure Würtembergico fratrum germanorum nepotes, simul cum fratribus uterinis & consanguineis admitti tradit *Lauterb. in diss. de fratr. jur. singul. tb. 44.* Jure Scabinico in Batavia recepto in linea transversali ad fratrum nepotes quoque porrigi. refert *Vinn. l. 3. t. 5. de forma succ. ab intest. apud Holl. n. 8.*

§. 39.



§. 39. An verò fratres consanguinei eorumq; liberi sub distinctione bonorum admittendi sint intricatæ quæstionis est? Sunt quidem haud pauci, imò plurimi, qui existimant etiam jure novo, consanguineos in paterna, & uterinos in materna, & in reliqua bona omnes æqualiter succedere *per l. 13. §. 2. C. de legit. hered. Nov. 84. c. 1. §. 2. Harpr. ad prin. J. de her. qua ab intest. n. 441.* ubi hujus sententiæ defensores magno numero adducit, quem etiã secutus *Struv. Ex. XXXIIX. th. 34. Carpz. p. 3. c. 14. d. 3. & novissimè Stryck. c. 4. a. 1. n. 16. & seqq.* Hisce tamen non obstantibus alii contrarium de jure verius esse arbitrati sunt. Nam Justinianus Imperator *in Nov. 118.* claram & compendiosam tradit successionis ab intestato formam, quam solam in omnibus cognationum successionebus vult observari, remotis legibus prioribus contrariis *d. nov. in præfat.* In sequenti autem *cap. 3.* ipse primo fratres germanos & illorum liberos indistinctè, & ipsos in omnibus defuncti bonis paternis & maternis, consanguineis & uterinis præfert, & postea illis deficientibus, hos simpliciter & sine distinctione bonorum, pariq; jure ad successionem & hæreditatem intestati fratris vocat, ergo priores leges pro hac causa positæ meritò cessare debent. *d. Nov. in præf.* ibi prioribus legibus pro hac causa positis cessantibus, maximè cum bona cujuscunque, undecunque profecta, unum & simplex patrimonium constituent, atque ex vera ratione juris successio fiat in bona universa & æquali jure succedentes, æqualiter defunctum repræsentent. *Fab. in Cod. l. 6. t. 34. n. 2. Vinn. de success. collat. n. 3. Ludw. ad l. de succ. coll. th. 2. Rittersb. ad Nov. p. 3. c. 13. n. 10. in fin.* Jure Saxonico quoque bonorum distinctio non



attenditur per Nov. const. 14. p. 3. Berl. p. 3. concl. 20. Carpz. p. 3. constit. 14. d. 4. interdum tamen hoc limitari solet in familiæ erciscundæ judicio, ubi si bona commodè dividi nequeunt, illis assignantur, à quorum parentibus provenerunt. *id. all. l. d. 7.* Sic Jure Lubecensi inter unilaterales bona non attento unde provenerunt æqualiter dividuntur, *uti ex a. 2. colligit Med. n. 11.* Eandem sententiã approbavit jus provinciale Würtemb. *Lauterb. de singul. frat. jur. tb. 45.*

§. 40. Quid de fratribus legitimatis eorumque liberis statuendum, ex supra dictis *tb. 20. & seq. par.*

§. 41. Cum fratres naturales ex eadem concubina nati sibi invicem succedant *l. 2. §. itaque. d. l. 4. ff. unde cogn.* etiam liberis id jus competit, proin' quoq; filii fratrum in consequenda patris sui hæreditate, hoc pariter casu patruos defuncti excludunt. *autb. justi fratres. C. de suis & legit. hered. & hoc procedit etiam si legitimi fratres unilaterales cum his concurrant.* *Forst. l. 8. c. 11. conclus. 4.*

§. 42. Missa jam explicatione *materia in qua, seu subjecti, recto tramite ad materiam circa quam s. objectum* tendimus.

§. 43. Obtinet autem hæc successio privilegiata in bonis allodialibus. Bona allodialia sunt, in quibus quis plenum habet dominium. *2. f. 17. 26. §. 1. & 29.* dicitur quoque simpliciter proprietas & hæreditas *d. l. f. 4. §. 2. 11. f. 29.* Erb und eigenthümliche Güter *Reink. de retract. consangu. q. 3. n. 36.* Solet etiam à Dd. describi, quod à nemine nisi à solo DEO recognoscatur, quod tamen intelligendum de libera dispositione & administratione, respectu enim superioritatis & jurisdictionis



tionis etiam illa subsunt Principibus eorumq; magistratibus *Knichen. de jur. territor. c. 1. n. 11.* De origine, vocis *vid. Lexicon Calv. in verb. allodium & allodium. Rittersb. part. feud. l. 1. c. 2. tb. 19. Struv. Synt. jur. feud. c. 2. ap. 11.* Quibus autem & quomodo hæc successio competat, ex præcedentibus jam constat.

§. 44. Versatur quoque *circa feudalialia*, unde feudum dictum latè explicant feudistæ, *vid. Rittersb. l. 1. c. 1. tb. 12. Vult. de f. l. 1. c. 2. Struv. c. 1. apb. 1.* Feudum a. est ususfructus in re immobili à domino proprietatem tenente constitutus alicui, se obliganti ad præstandam illi fidem & servitia. Primo quidem feuda precaria, fuere atq; ad arbitrium domini revocabilia, hinc annalia, dein ad vitam vasalli, ususfructus instar duravere *I. f. 1. §. 1.* Postea temporis progressu, successio cæpit obtinere, quæ tamen ab initio ad solos filios restricta fuit *§. 1. in f.* quod deinde per Conradum II. Salicum dictum, ad nepotes & defuncti (modò paternum feudum fuerit) fratres producta *§. 2. v. 1.* In linea collateralis antiquitus successio ad Patrualem usque, postmodum ad 7. gradum, & in descendantibus usque in infinitum extensa, *§. 4. vid. Christ. Greintz. jus feud. l. 1. c. 1.* Denique non solum in ultimi defuncti descendantibus, sed etiam ejus collateralibus masculis, ex primo tamen acquirente per lineam masculinam descendantibus, in infinitum usu ulteriori hoc jus porrectum, *II. f. 31. & 50. vid. Rittersb. l. 1. c. 12. Struv. c. 9. apb. 11.* Hoc ergo jure in linea descendentibus si nepotes in dispari numero soli sint, sive cum aliis concurrant, jure repræsentationis in stirpes succedunt, & quidem in infinitum. *I. f. 8. 2. f. 11. & 50. vid. Schrad. p. 2. c. 5. n. 38. & seqq.* neque movet, quod de successio-  
ne



ne in stirpes, quando ex diversis filiis imparis numeri nepotes adsunt, jure feudali nihil expressè decisum reperiatur, sequimur enim propterea jus civile, *c. obortus. in fin. 2. f. 1. Ludw. ad Inst. l. 3. t. 11. th. 1. n. 9.* Et hoc non solùm de jure feudali communi, sed & Saxonico obtinet. *Carpz. p. 3. const. 29. d. 15. Struv. c. 9. apb. 5.*

§. 45. Licet verò in allodialibus nulla habeatur sexus differentia, in feudo tamen filia nec descendentes ex filia succedunt. *II. f. 36.* Nam nec bellis gerendis idonea, nec consilio, quod fragile in illis est, dominum juvare possunt. *Francisc. Curt. d. f. p. 3. m. 1. n. 1. Forst. l. 3. c. 13.* & hoc procedit, etiamsi foeminae armis sint assuetæ, & ad servitia militaria domino exhibenda habiles, dominus enim investiens & vasallus acquirens ad ejusmodi foeminas præter sexus sui naturam ad servitia habiles non respexit. *Vultej. l. 1. c. 9. n. 33. Struv. c. 9. apb. 8.* Etiamsi verò in masculis ex filia descendentes hæc ratio cesset, attamen nihilominus excludantur, foemina enim nubendo transit in aliam familiam, feuda verò cum familiae gratia concessa sint *Forst. l. 3. c. 13. n. 5.* non poterit ergo nepos ex filia, ut extraneus admitti, insuper cum filia ipsa sit incapax ad nepotem quoque nil juris transmittere potest *l. 54. & 120. de R. J. Rosenth. de feud. c. 7. conclus. 32. n. 23.* in quibus verò feudis admittantur foeminae, latè tradunt feudistæ. *vid. Vultej. l. 1. c. 9. n. 39. & seqq. Struv. c. 9. apb. 8.* feudorum foemineorum quoque exempla refert *Oldenb. in Limn. enucl. l. 2. c. 19. n. 25.* Sed si feudum alicui ejusq; filiis ac filiabus *Söhnen und Töchtern* concessum sit, ita ut non satis appareat ex verbis investiturae descendentes ex filiabus esse comprehensos, an illud pactum etiam de descendentes ex foeminis e.  
g. fi.



g. filio vel non exstante, vel sine hæredibus mortuo filia ad feudum pervenerit, ulterius ejus descendentes, & sic ex filia nepotes ad successionem admittantur, an verò in persona filix finiatur successio, quæritur? Nos cum *Struv. alleg. l. n. 15.* successionem ipsi denegamus, ad contraria in discursu respondebimus.

§. 46. Liberi per subsequens matrimonium legitimati, eorumq; nepotes, jure repræsentationis à successionem feudi non excludendi, nam & hi sanguinem à primo acquirente trahunt, vitium verò natiuitatis per nuptias abundè purgatur, *Myns. cent. 5. obs. 41. Gail. 2. Obs. 141. Carpz. p. 3. c. 28. def. 17.* Alii distinguunt an feudum pro liberis legitimè natis concessum; an verò pro liberis legitimè natis & ex corpore legitimè descendentes, *Vultej. de feud. c. 9. n. 94.* Quod aliis non immeritò displicet. *Fachin. l. 7. contròv. 51. Rosentb. de feud. c. 7. concl. 18. n. 4. Schrad. p. 7. c. 5. n. 21.* Fundamentum hujus controversiæ latitat in explicatione, *c. naturales 2. f. 26.* ubi naturales, etiam si postea legitimi fiant, ad successionem tamen non admittuntur. Non absurda est explicatio illorum, qui dictum textum de legitimato post successionem jam aliis delatam intelligunt, quæ explicatio ex vocabulo postea colligitur: Hoc pacto enim succedere nequeunt, quia alii per successionem prius adeptam sibi jus quæsiere, quod ipsis per legitimationem subsequentem non auferendum, *Cujac. l. 4. f. t. 1.* Unde simul colligere, possumus, textum illum non de legitimatione per subsequens matrimonium intelligi, sed de legitimatis per rescriptum Principis; Si enim devoluta successio feudi ad alios, pater mortuus sit necessum est. Patre verò mortuo non nisi per rescriptum legitimabitur

D

filius,



filius, confer Stryck. c. 2. a. 2. §. 12. & hoc etiam in Praxi observatur, nisi aliud singulariter statutum reperiat, Habn. ad t. de his, qui s. vel. al. jur. n. 2. Struv. c. 9. aph. 3. n. 12. Carpz. p. 3. Const. 28. d. 17. Legitimati tamen nepotes per rescriptum Principis regulariter jure repræsentationis præsertim in feudo antiquo non succedunt, nisi in specie ad feudi successione sint legitimati, Gail. 2. Obs. 140. Sed hæc legitimatio non aliter obtinet, quam si ipse legitimans insimul sit feudi dominus, Struv. c. 9. th. 3. & hoc verum in feudo novo post mortem vasalli ad Principem reversuro, quo casu Princeps sibi tantum præjudicat, in feudo antiquo alia ratio est, proin justius fecerit Princeps agnatorum consensum adhibendo, Struv. all. l. Ludw. de suc. feud. c. 2. p. 165. Eodem modo nepos ex sponsa genitus ad bona avi feudalia admittitur, Struv. all. l. n. 13. ut & ex matrimonio erroneo, id. n. 14. Et licet hoc jure ad succedendum in feudo inhabiles sint, naturâ imperfecti, vel corpore, ut surdi, muti &c. i. f. 6. 11. f. 36. vel animo, propter identitatem rationis, ut furiosi, mente capti, Struv. aph. 10. c. 9. notandum tamen, quòd horum filii jure repræsentationis ad successione in bona avita feudalia, admittendi, Menoch. Conf. 211. n. 118. vol. 3. Vultejus de feud. l. 1. c. 9. n. 63. dummodo hi sanæ mentis vel vitio paterno non laborent, & feudum ad agnatos nondum pervenit, secus ergò, si feudum jam ad illos translatum, tunc enim licet imperfecto postea liberi nascantur, non potest tamen agnatis id auferri, Struv. C. 9. aph. 10. n. 7.

§. 47. Cum certis casibus ascendentes quoque admittantur ad feudi successione, v. g. si pater in gratiam filii sui, aut avus in favorem nepotis, feudum  
pater-



paternum domino refutaverit, ut filius vel nepos investiretur, & filius vel nepos sine liberis diem obierit, tunc pater filio, aut si posteriori casu, quo avus feudum refutavit, pater antè mortuus fuerit, avus nepoti in feudo illo succedit. *Schrad. de feud. p. 7. c. 6. n. 4. Mynf. c. 3. obs. 93. Schultz. in Synops. c. 8. n. 112.* An vero in his & similibus cum patre vel avo fratres vasalli Germani & consanguinei, & sic fratrum liberi quoque cum ascendentibus jure repræsentationis admittendi sint, arduè disputatur. *Andr. de Isern. in c. unic. 11. f. 50.* fratres & sic quoque horum filios non admittendos esse judicat, quem & alii neoterici sequuntur, dicentes, in successione feudali tantùm propinquitatem lineæ & gradus attendi, 2. f. 50. Pater autem fratre & lineâ & gradu proximior, avus verò & fratres licet gradu sint pares, lineâ tamen avus nepoti defuncto est proximior. Plura argumenta pro hac sententia stabilienda attulit *Struv. c. 9. aph. 3. n. 3.* Sed his non obstantibus cum communi feudistarum scholâ contrarium assero. Cùm enim hic casus, quo ascendentes & defuncti vasalli fratres concurrunt, in jure feudali non sit decisus, per consequens ex jure civili determinandus erit, *arg. cap. unici. 2. feud. 1. cap. 2. f. 50.* de casu planè diverso loquitur, quando scilicet plures concurrunt collaterales diversarum linearum & graduum. Et quamvis linea descendens collateralem etiam jure feudali excludat, de ascendenti tamen, quòd & illa in feudis etiam quoad defuncti fratres potior esse debeat, in jure feudali nihil reperitur statutum, proin hoc casu jure communi erit inhaerendum, ut pluribus id deduxit *Rosenth. de feud. concl. 14. c. 7. in f. Schrad. p. 7. c. 6. n. 10. Georg. Schultz. in Synops.*



cap. 8. num. 117. *Lauterbach de jure frat. sing. §. 36.*

§. 48. Quo casu Collaterales ad successionem feudi admittuntur, pari ferè modo succedunt ut in allodialibus. Hinc fratrum liberi locum parentum occupant, & ita cum propriis filiis admittuntur in stirpes, 2. feud. 11. Hotomannus quidem q. illustr. 4. textum hunc ad casum, quando nepotes avo, non quando fratrum filii patris succedunt, restringit. Ast non sola primi acquirentis, sed & proximitatis, quæ inter vasallum ultimò defunctum & successorem fuit, ratio habenda, *Rittersb. part. feud. l. 1. c. 16. q. 1.* Itaque quamvis fratres fratrum filiis jure sanguinis proximiores sint, in parentum tamen locum transeundo eandem proximitatem fratrum filii consequuntur, quod & in feudo ex pacto & providentia ob dictam repræsentationem locum habere putamus, *Rosenthal e. 7. concl. 56. n. 17. Schrad. p. 7. c. 7. n. 15.* Jure Saxonico quoque idem receptum, & id extra Electoratum Saxonix perinde usu servari testatur *Carpz. p. 3. Const. 29. def. 2.* Etiam si literis investituræ inserta fuerit clausula, nach rechter Siep; Zahl. *Carpz. d. l. def. 2.*

§. 49. Hoc singulare est, quod differentia inter fratres Germanos & consanguineos horumq; filios non observetur tam de jure communi, quàm Saxonico feudali, *Carpz. p. 3. Const. 29. def. 4.* Sola enim agnatio hîc consideratur, adeoq; vinculum alterum à parte matris intercedens, quo aliàs potiores fratres germani ejusq; filii consanguineis sunt, quoad successionem hanc nullum habet effectum, sed sufficit ex stipite & sanguine primi acquirentis descendisse, 2. feud. 2. *Struv. c. 9. aphor. 6.* Unde fratris quoque consanguinei filii cum fratre Germano in successione  
con-



concurrunt in locum sui Patris succedendo. *Carpz. d. l. def. 5.* In iis casibus, in quibus uterini fratres ad feudi successione habiles sunt, fratrum horum filii pari jure fruuntur, *Rosenthal de feud. cap. 7. concl. 57. n. 4. Struv. all. loc. n. 2.* Ultra fratrum filios inter reliquos Collaterales jus repræsentationis hic locum non habet, *Carpz. def. 7.* sed ex sola gradus proximitate, quæ ratione vassalli ultimi consideratur, in capita succedunt, & remotiores omnes excludunt. Unde si fratrum filii cum fratribus in successione remotioris agnati concurrunt, hi illos excludunt. *Vol. 4. Consil. Marp. Conf. 44. Carpz. d. l. def. 6.* Cæterum in arbitrio succedentium simul liberorum est, an velint feudum inter se dividere, an communiter tenere, *2. feud. 55.* Et hoc in feudis non regalibus obtinet.

§. 50. Cum juris publici ratio successiones in Principatibus non semper metiatur jure cõmuni singulari, hinc etiam diversum succedendi modum præcipit. Videmus itaq; regna non dividi ad instar prædiorum privatorum cum indivisibilitatem ament, & per divisionem enim Regna dimembrantur, diminuantur & in destructionem deducuntur. *Vid. Besold. in diss. nom. pol. de success. qua regni jure sit. l. 1. diss. 4.* Proin Juris feudalis conditores feuda Regalia quoque dividi prohibuerunt *2. feud. 55.* ne factâ divisione potentia diminuatur & familiarum illustrium splendor deliquium capiat. *Gail. l. 2. obs. 153. n. 3.* Diminutio quippe bonorum inducit diminutionem dignitatis, conservatio verò conservationem dignitatis. *Springsfeld. de Apanag. cap. 10. n. 5.* Hodie cum in Imperio nostro pleraque feuda ex consuetudine divisionem admittant *Henning. Gædd. conf. 20. Dn. à Seckendorff Teurscher*



Fürsten Statt p. 2. c. 3. Hinc quoque nepotem & Patrum concurrere ad partes jure repræsentationis, nisi moribus gentis aliud observetur, verius est. *Grotius l. 2. c. 7. §. 20. ibiq; Boecler.* Exempla horum Principatum recenset *Oldenburg. in Limn. enucleat. l. 2. c. 19. n. 18.* Quomodo autem tunc divisio facienda *vid. apud Rum. p. 3. disc. 5. tb. 9.* Notandum tamen, quod non ipsa Jura Regalia Ducatum & similium majorum feudorum, sed potius administratio dividatur. *Reinking. de reg. sec. l. 1. cl. 4. c. 17. n. 13. Oldenburg. all. l. Besold. in tract. nomico-pol. l. 1. d. 6.*

§. 51. In feudis individuis successio ad primogenitum spectat, hocq; jus primogenituræ quando terminis legitimis continetur, nec alimenta secundo genitis adimit, jure divino, naturæ, Gentium & Canonico probatur. *Vid. Tiraqu. de jure primogenit. in præf. Diedrich ad A. bull. c. 7. & novissimæ Mauritius in conf. Cbilon. p. 2. conf. 1. ubi n. 10. concludit, quod jure civili post unicuique liberorum relictam legitimam reliquum primogenito relinquere aut donare non prohibitum sit, arg. l. 120. de V. S. Nov. 117. cap. 11.* Et hoc consuetudo Germaniæ sequitur in Electoralibus, *cap. 7. & 25. A. bull. quod & in nonnullis principatibus obtinet,* quos plenè enumerat *Mylerus in add. ad Rumel. p. 3. disc. 5. tbef. 21. Knipschild de fideicom. famil. cap. 6. n. 285. Oldenburg. in Limn. enuel. l. 2. c. 19. n. 26. & in Comitibus, Knipschild d. tr. c. 3. n. 28. Betschius de pact. famil. illustr. c. 8. p. 31.*

§. 52. Jus autem primogenituræ, si primogenitus morte præventus casum paterni obitus non attigerit, ad nepotem extenditur, adeò ut hic filio secundo genito in successione præferatur, quod in successione



sione lineali dubio carere asserit *Hug. Grov. l. 2. c. 7. n. 30.*  
sed hoc in genere, ubi jus primogenituræ introdu-  
ctum, asserendum putamus. Ut non interfit, vivo  
patre, an postea, possessio jam principatu, an fecus ex-  
titerit casus, eumq; tam ex sua persona jure proprio,  
quàm ex jure repræsentationis patruo præferendum  
esse, pluribus probat *Menoch. vol. 3. conf. 211.* Nos non  
*jure repræsentationis*, quo in patris jus primogenitu-  
ræ succedit, sed *jure primogenituræ*, quo momento  
nativitatis jus succedendi legis dispositione, non  
tempore demùm delatæ successione, acquiritur, eum  
patruo præferimus. *Strauch. in diss. exoter. 2. th. 4.* Sta-  
tim enim, quo primogenitus natus est, is sibi & poste-  
ris suis jus primogenituræ veluti occupatione vindi-  
cavit, tam firmâ & certâ spe, ut nec à Principe, (nisi  
ex justa causa *Le Crier l. 3. de primog. & graviore iis*, ob  
quas aliàs feudum amittit *Vasallus, Zoaret. de jure pri-  
mog. c. 5.*) id tolli nec à patre testamento aut alio mo-  
do eo privari possit, *Diedrich ad A. B. c. 25. Rumelin. ad  
A. B. p. 3. diss. 5. th. 8. ibiq; Mylerus in addit. ideoq; non si-  
bi obest præmatura mors patris, quin & posterius illius  
suum ipsius locum retineant. Tiragvell. de jur. primog. q.  
40.* Subintrat ergò hîc regula firma: *Quotiescunq; bona  
unius ex vocatis ingressa semel sunt lineam, semper in illa  
remanent, donec aliquis supereſt, nullâ majoris ætatis ratione ha-  
bitâ. Diedrich ad A. B. tit. 7. verb. devolvatur.* Quod in E-  
lectoribus probatum, & ob paritatem rationis etiam  
in aliis casibus statuendum, *Rumelin. ad A. B. d. 6. th. 4.*  
hancq; sententiam, quæ pro filio primogeniti contra  
patruum decidit, esse veram, firmam, tradit *Myns. cent.  
3. obs. 23.* & observari eam in Hispania, Gallia atque  
Germania, docent *Tiragvell. q. 40. Menoch. vol. 3. conf. 211.*  
Quid



Quid igitur statuendum, si quispiam habeat filium naturalem primogenitum, eumq; demum post intermedium matrimonium, ex quo itidem suscepit filium, legitimaverit, uter præferendus erit? quæstionis hujus decisionem *vid. apud Rumelin. ad A. B. p. 1. disc. 6. th. 13.*

§. 53. Deficientibus primogeniti posteris ad eum statum res reduci videtur, quo per primogenitum ejusq; filium aut nepotem secundo genitus fuit exclusus, & sic non aliter secundo geniti filius aut nepos tertio patruo suo, natu inter fratres minimo præferatur; & licet pro patruo latè & speciosè disputet *Goldast. in discurs. exoter. de Majoratu.* tamen A. B. nepoti palmam deferre videtur, præsertim ipso legislatore interprete longè certissimo, dum vicennio post A. B. in alia declaratione data Wenceslao Duci Saxoniae apud Francofurtum Anno 1376. casum successione hujus diffusius explicat. *ut Strauch. all. l. ex Goldasto deduxit Besold. l. 10. disc. 8. de success. qua reg. jur. fit. Arum. ad c. 7. A. B. Rumel. d. 6. th. 16. p. 1.*

§. 54. Ut autem jure primogenituræ quis uti velit, requiritur, ut sit habilis tempore successione delatæ *Besold. all. lib. disc. 10.* nec minus secundo genitis de alimentis & honesta sustentatione prospicere debet. *A. B. c. 25.* Iniquum enim esset fratres postgenitos cum Abyssinis & Chinesibus perpetuo castro instar carceri mancipare, ac in monasterium relegare, *Springsfeld. de Apanag. n. 40. cap. 4.* Crudele verò & abominandum ad exemplum Ottomannorum Imperatorum fratres trucidare. *Busbeq. epist. 11. Rumelin. ad A. B. p. 3. disc. 6. th. 23. Besold. d. tr. 4. 11. disc. 8.* certa ergo portio illis assignanda, quæ communiter dici solet *Appennagium*, quasi ad panem regiamq; sustentationem



nem concessum, & hæc ex analogia juris secundum dignitatem natalium, provinciarum amplitudinem, & quantitatem legitimæ, quam quis ab intestato habiturus esset, fieri debet, damit sie sich ihrem Stande gemäß halten / und ihre Fürstliche Reputation manutiren können. *Tiraquell. de jure primogen. q. 4. n. 33. Springsfeld. de apanag. c. 8. per totum. Myll. in addit. ad Rumel. p. 3. d. 5. th. 12. lit. b.* Dicuntur germanicè abgefundene Herren. Hujus autem Apanagii subjectum non solum sunt Principes postgeniti, sed & eorundem liberi, qui parentes jure repræsentationis repræsentant. Filiorum enim appellatione in favorabilibus, quale est Apanagium veniunt nedum filii primi gradus, sed & nepotes & pronepotes sive ex uno sive ex utroque latere primogenito juncti, *Springsfeld c. 3. n. 36.* Filix & sorores, antequam elocantur, apanagii improprii subjectum quoque constituunt. *Idem n. 302.*

§. 55. *A Primogenitura* propriè loquendo differt *Majoratus*: In illa in primogenio, in hoc verò in prærogativa ætatis fundamentum ponitur, illeq; ad successorem vocatur, qui in familia post mortem possessoris major natus, non qui primogenitus reperitur, *Springsf. de apanag. c. 5. n. 9. Maur. v. 2. conf. Chilon. 1. n. 2.* hincq; in institutione majoratus jus repræsentationis sibi locum non vindicare, ex *Decio, Mandello & Menoch.* assertat *Goldast. in discurs. exoter. d. jure repræsent. tractatui de Majoratu præfixo, quem sequitur Besold. in disc. nomico pol. l. 1. disc. 4. n. 12. Springsf. all. loc. n. 10.*

§. 56. Cùm sæpius inter Dominum & extraneum conventio de feudo nondum aperto in casum, consolidationis constituendo ineatur, quæ aliàs dici solet *expectativa*, (quam juri civili non adversari, sed

E

rationi



rationi congruere pluribus probat Georg Friedrich von Heffendorff *de jure expectativa. m. 1.*) Germanicè Beding / Lehn Rechte / Expectants, *Besoldus thes. pr. voce Beding. Wernerus verbo Anwartsung.* Ex hoc fonte promanans actio cum hereditibus etiam ejus, cui conditionaliter sic feudum promissum est, competat, per ea, quæ tradit *struv. cap. 7. thes. 8.* Dubium est, si aperiatur Domino feudum longè post mortem ejus, qui expectationem impetravit, quomodo hæredes succedere debeant. Si multos nepotes relinquat, & quidem ex altero filio tres, ex altero quatuor *in stirpes jure representationis succedunt, struv. alleg. loc.* Successores Domini, qui jure hæreditario succedunt, expectativam quoque antecessorum servare tenentur. Hæres siquidem, adeundo hæreditatem omnibus hæreditatis oneribus se subjicit, & quia hæreditas fictione juris tanquam jacens domina defunctum repræsentat, substituendo se in ipsius locum, unà cum defuncto persona fieri incipit, ejusq; factum, perinde ac si ipse contraxisset, præstat, *arg. l. 149. de R. 3.* Qui verò jure proprio succedunt, promissionem feudi ab antecessore factam ratam habere non tenentur. Cessat enim hic transmissionis ratio, & jus successionis non causatur ex persona defuncti, neque adest repræsentatio vel in jure inductivus consensus, qui successorem obstringit ad facta defuncti præstanda. *Habu. ad tit. de Const. Princ. n. 2. Hellendorff. all. l. §. 37. & 38.*

§. 57. Hic non in scitè quæritur, an in jure Patronatus Ecclesiastico repræsentatio etiam admittenda sit? Quid sit jus patronatus, *vid. apud ungepaar. l. 3. decret. tit. 28.* & licet translatio ejus in hæredes non sit de jure communi, hoc enim spiritalia iisq; annexa ad hæredes non transmittit, *c. 7. caus. 8. q. 1.* ex gratia tamen vel legis vel hominis ad successores transmitti notat *Johannes de Turr. ad cap. 26. caus. 16. q. 7. n. 10.* Distinguendum ergò, an ille, de cujus successione quæritur, compatronos habeat, an non? Priori casu successio fit in stirpes jure repræsentationis, ita ut plures unius compatroni hæredes suffragium unum habeant, *arg. cap. plures 2. clementinarum. b. t.* nec distinguitur, an sint descendentes, an collaterales. Accedit ratio, quòd aliàs facile alter Patronum, qui unum sortè habet votum, jure suo privaretur, superatus plura-



pluralitate votorum: Posteriori casu in capita succeditur, & ad quemvis in solidum transit jus presentandi; ne tamen ex suffragantium multitudine fortè discordia oriatur, quæ Ecclesiæ viduata minus proficua foret, Patroni inter se convenire possunt, ut alternis vicibus Clericum presentent, quæ vicissitudo usus *turni* vocatur, & quibusdam in locis observatur. *videatur Cortrej. in discurs. de jure patr. c. 7. §. 3.* In Jure verò patronatus libertorum nullus representationi datur locus, *Pruckman. vol. 1. Conf. 2. n. 278. Menoch. vol. 3. conf. 211. n. 78. Tiragvell. qv. 40. num. 154.*

§. 58. Ultimò adhuc sciendum, quòd & in fideicommissis familiae, *Stain Gütern* / so zu Erhaltung Stammes und Namens verordnet. *Knipschild c. 1. n. 12. & seqq. de fideicom. fam. representatio locum habeat, uti pluribus probat all. Autor c. 9. n. 21. & seqq. quem consuluisse non poenitebit. Conf. struv. Exercit. 36. thes. 20.* An autem in fideicommissis fratres Germani & sic horum liberi consanguineis præferendi, æquè controvertitur? Nos distinguendum putamus inter fideicommissum paternum & fratrum. In paterno fideicommissò regulariter utriusque conjuncti consanguineos non excludunt, & hoc ex voluntate & affectione testatoris colligitur, quæ erga omnes fratres illos tanquam testatoris filios eadem fuisse præsumitur; hancq; sententiam veriore testatur *Antho. Peregr. de fideicom. art. 20. n. 12. struv. exerc. 36. th. 20.* In fideicommissò fraterno multi idem existimant. Contraria tamen de jure verior videtur, quòd scil. in hoc fideicommissò fratres Germani consanguineos excludant. *vid. Lauterbach. d. jur. frat. §. 30.* ubi etiam limitationes hujus sententiæ subjungit.


§. 59. *Formam* juris representationis exhibuimus, quando in suprà data definitione diximus, quod liberi tantam capiant partem ex hereditate, quantam parens, si vixisset, accepturus fuisset. Dubium autem occurrit, quid judicandum, si filius vel filia hereditati paternæ renunciarunt, an nepos vel neptis ad successionem avi admittantur? De Jure Civili illa renunciatio nullius erat momenti. *per l. 15. c. de pact.* attamen de Jure Canonico *cap. quamvis 6. in sexto,* & moribus Germaniæ est recepta, *v. Meru. ad Jus Lub. p. 2. tit. 1. n. 58. & p. 1. D. 71. n. 4.* Distingvendum E. utrum parentes post avum moriantur, an verò ejus mortem prævenerint.




Anteriori casu nocet *Carpz. p. 2. const. 39. def. 14.* posteriori verò non, licet jurata fuerit vel mulier pro se suisq; heredibus renunciaverit. Est enim ea renunciatio personalis nec magis personam renunciantis egreditur, quàm jusjurandum quod ad eam adhiberi solet, *l. 3. §. penult. ff. de jurejur.* illamq; conditionem tantum in se continet si hereditas delata fuerit *Faber. l. 6. tit. 32. Def. 1.* Succedunt ergo nepotes in stirpes, gradumq; non personam parentum defunctorum repræsentant. *Carpz. const. 35. def. 11. Richter. D. 69. n. 68. Struv. Exerc. 38. tb. 50.* Fratrum verò sororumve liberi ob parentum renunciacionem ab hereditate patrum excluduntur. *Kellenb. de renunc. success. q. 33. n. 30. Herbold. de legit. success. cap. 5. concl. 17.*

§. 60. *Finis* repræsentationis est, ut *æquitas* germana fictionis introducendæ ratio *Mascard. de prob. vol. 3. concl. 1188.* observetur. Et ne liberi in nativo loco relictæ ob gradum remotiorem excludantur. Beneficio ergo repræsentationis locum paternum ingredientes, omnes qualitates gradui ad hærentes assumunt; morte enim præreptus pater in filiis suis vixisse interea fingitur atque ad eos transtulisse avi aut patrum, nunc demum mortui hereditatem, quam proinde nepotes vel fratrum liberi non per saltus & immediatè ab avo vel patrum, sed per gradus & quasi ex manibus patris nunc accipiant & hoc modo retrahitur tempus & actus præsens ad tempus præteritum ac si omni tempore præsens fuisset pater, in cujus locum succeditur. Paternam igitur qualitatem assumentes, tam commoda quàm incommoda ut successores universales sustinere tenentur *l. 24. ff. de v. s.* Sed hæc ad effectum potius pertinent, quæ unà cum aliis, *tum circa objectum, tum circa contraria, affinia & remedia, quibus finis repræsentationis obtineri potest,* adhuc addendis per temporis brevitatem aliasq; occupationes ulterius hac vice deducere prohibeor. Commodiori igitur hæc reservaturus tempori filium Disputationis abrupto, decernens

SOLI DEO GLORIAM.























bonis accedant Taxatores, qui bona feudalia pos-  
qui eorum cognitionem accurate habent. *Chur-  
eff-Ordn. T. 40. zu Taxirung.* Nam in Allo-  
tatio a Scabinis Provincialibus durch die Lands-  
tituitur d. l. T. 39. §. würde aber.

I. Separationem Bonorum ordo nunc tangit,  
bet, quando concursus Creditorum existit & di-  
moniorum, vel bonorum Conjunctio apparet,  
in finem instituitur, ut bona separentur & uni-  
rum legitime satisfiat, KOHL. in Tr. de Separ.  
ti contingit 1) In bonis Feudalibus & Allodiali-  
L. de Graduatione Creditorum C. 1. Th 7. Lit. A. 2)  
Liberorum bonis l. 1. §. 3. ff. de Separat. l. 3. C. qui  
GRAUPIZ d. l. L. B. 3) In bonis defuncti & here-  
seqq. l. 9. ff. de Separ. 4) In bonis mariti & ux-  
bonis sociorum, vel ut bona istius stationis aut  
bonis alterius stationis aut Tabernæ separentur.  
END. ad Fibig. p. 1101. n. 12. 6) In bonis eorum,  
neficiam Competentiæ, ut tantum de bonis se-  
um ad alimentandum sufficiat GRAUPIZ. d. l.  
modo eadem intra quinquennium a iudice Com-  
mediate, vel mediate per procuratorem, specia-  
ad id habentem petatur. l. 1. §. 13. ff. de Separ. CZ.  
§. DN. SCHVV. d. l. p. 1099. n. 4. & n. 11.

I. Nunc admonendi iumus de Concursu Cre-  
est iudicium Universale, inter Creditores & De-  
unem, ad petitionem vel Debitoris, vel Credi-  
officio iudicis, coram vel ratione Domicilii, vel  
competente, instituendum. SALGAD. in Laby-  
Cap. II. Quem in finem iudex Creditores citat  
n, debitorem vero ad respondendum & reco-  
postea Creditores in termino Credita liquida  
er prioritare disputant, ut sententia designatio-  
P. nis



the scale towards document